

Capitulum tredecimū.

Queritur utrum conueniens

fit talis increpatio sacerdotū siue correpcio. Capitulum xij:

Queritur utrū cōueniens sit talis increpatio sacerdotū

siue correpcio. Cum tñ apostolus dicat Seniores te ne increpaueris. Respondet q̄ bec regula sancti pauli

seruāda est. vt habetur. ij. q. vij. c. paulus. fm̄ verba beati Bre. sic dicentis. Cum culpa senioris id est sacerdotis suo exemplo non retrahit ad interitū corda iuniorū. vbi autē senior siue sacerdos iuuenibus exemplū p̄bet ad interitū ille districta increpatione ferendus est. Nam etiam scriptū est. Loquens iuueni:

Et rursum. Maldictus puer centū annorū. Super quo verbo dicit beatus Bern. Maldictū caput canū et cor vanum. caput tremulū et cor emulū. canities in fronte et p̄nices in mente facies rugosa et lingua nugosa. cutis sicca et religio ficta. vii. sus caligās et caritas claudicās. labium pendēs et deus terra bens. virtus debilis et vita flebilis. Dies vberes fructus steriles. anni multi et actus stulti. Tales seniores et presbiteri digni essent non solū simplici correctione. Sed et vt molendina affinaria suspensa collo eorū dimergerent in pfundum maris. Iuxta vocem domini. Mathei. xvij. Si em̄ tales senes essent prelati aut pastores ouīū christi. tūc fm̄ beatū Gregoriū admonendi essent subditi ne plus q̄ expediat sint ip̄is subiecti ne cū plus studeāt quā est necesse hominibus subici. et cōpellent eorū vicia venerari. Sciendū q̄ duplex est correctio. Quedā potestatiua. qua nō solū intendit correctio fratris. s̄ etiam intendit procuratio boni cōmunis. Et illa nō solū fit per simplicē amonitionē. sed etiam quāq̄ per penarū inflectionē. vt ipse peccās et alij timeāt huiusmodi penas. vt sic a peccato desistāt. Et talis correctio solū p̄tinet ad prelatos et iudices et alios superiores respectu suorū inferiorū qui missi sūt. Unde quomō p̄dicabunt nisi mittant. ad Ro. x. Secūda vero correctio dicitur fraterna que p̄ simplicem amonitionē tendit ad emendationē peccantis. Et q̄ bec amonitio est actus dilectionis. ideo cadit sub precepto diuino probat hoc p̄ illud Mathei. xvij. Si peccauerit in te frater tuus etc. Et per Blosam vbi dicit. Ita bene peccat qui videt fratrem suū peccare et tacet sicut qui peccati nō indulo

orig. nō in hunc modum
de p̄m̄is q̄ p̄m̄is sūt

Corruptio dicitur

get. Sed ad indulgentiā peccantis oēs tenemur ex diuino precepto. scilicet caritatis. igitur similiter ad corrigendū. Et tñ sciendum q̄ debitus modus debet seruari in correctōe fraterna: quia nō omēs eodem modo sunt emēdabiles vt dicit beatus Gregorius in tertio libro moralium. et in omelijs sup̄ Ezechiel. et in pastoralī plurēs similitudines. Et p̄cipue inferiores corrigētes superiores non debent hoc facere arrogāter et impetuose: sed reuerēciali et humiliter vt dicit apostolus. i. ad Thimoth. iij. Seniores nō increpaueris sed obsecra sicut patrē. Idem habet. ij. q. vij. c. Paulus. Et Beatus Hieronymus in pastoralī. Admonendi sunt subditi ne prelatorū suoz vitam iudicent: si quid fortasse eos rephensibiliter agere vident ne inde recte mala eorū redarguant vnde p̄ spiritum elatōis in profundū inferni dimergant. Admonēdi etiam sunt subditi ne cū prelatorū suorum culpas considerāt. cōtra eos etinde audaces fiāt: sed sic apud semetipsos diiudicent vt cū diuino timore p̄stricti ferre sub eis iugum reuerētie non recusent. Nō em̄ prelatoz suoz subditi de merita cōsiderare. sed quod dicūt et iubēt. vt dicit canō. i. q. i. ca. Non q̄les sacerdotes dñi sūt sed quid de dño loquant. est nobis magnopere attendendū. Si em̄ dicit illos audiēdos qui sup̄ cathedrā moysi sedebant. quāto potius qui sup̄ cathedrā petri residēt. Unde si dixerimus quomō peccatū nō habemus nos ipsos seducimus et nō est veritas in nobis. De cōse. di. ij. iterat. Nō peccare soli? dei est. emēdare p̄o sapient. p̄seuerare autē diabolicū est. est em̄ res pene cōtra naturā vt sine peccato q̄s sit. xxv. di. Et s̄ p̄ba Jero. ad Hecceanū. Vos autē sacerdotes qui alioz iudices estis. Primū auertite a vobis malū et deinde a subdij vestris. Valde em̄ turpet scandalosum est vobis sacerdotibus cū culpa redarguit vos ipsos: quia qui trabem gestat in oculo p̄prio: non bene potest educere festucam tenuem sine errore de oculo fratris sui. i. q. i. c. Multi. In hoc enim potissimū est crimen sacerdotum et vltra modum detestabile: q̄ se non custodiunt a fornicatione publica cum eorum concubinīs propter populum. Nec etiam ab ocula propter deum: quem quasi quoti die tractant scilicet sanctum sanctorum deum et hominem sub speciebus panis et vini. ipsis in p̄fundissimā penā eterne dāna tōis. ¶ Nam legim⁹ de quodā sacerdote q̄ sancta nocte et die

222 ij

Ex m. m. m. m.

Capitulum tredecimū.

natalis domini noluit se custodire nec continere a luxuria cum
tñ eadem nocte et die instabat sibi celebrare. qz ipsa nocte tran-
sivit per campū de vna villa ad aliam vt ibidem fm cōsuetudi-
nem diei tales missas celebraret in diuersis ecclesijs. Continū-
git qz vna mulier sola occurreret ei cū qua peccauit nō ponens
ante oculos deum. et qz oporteret eū ter celebrare. Sed postqz
in prima missa cōsecrauit et sumere voluit. Tunc colūba niuea
venit. et eo vidente totū calicē ebibit. et rostro suo hostiā sumit
et eleuauit. Videns ista sacerdos valde timuit. ppter populum
circumstantē. sed tñ populus hoc non vidit. Finis missa lau-
des dixit. Item in secūda missa similiter fecit niuea colūba que
et in prima. Tandem iste sacerdos miser miserabilis in se re-
uersus et cōpunctus venit mox ad quādam abbatem cisterciē-
sis ordinis confessionem ei faciens tanti peccati exposuit reatū
Videns vero abbas eius magnā cōtritionem et lacrimas sciēs
pro certo qz deus cor cōtritum et humiliatū non despicit. Iussit
ipm ire et mox celebrare terciā missā. ppter populū ex-
pectantem. Reseruās sibi penitentia quousqz expediret popu-
lum qz tunc reuertēret. Qui dum celebraret terciā missā venit
colūba et posuit duas hostias cōsecratas quas prius recepe-
rat. et euomit similiter omnē liquorem ad calicem. Hec vidēs
p̄sbyter repletus est gaudio magno. Qui mox ad abbatē reuer-
titur et ei diuinā cōsolacionem recitauit. vt eum monachū fa-
ceret humiliter rogauit. Respōdit ei abbas dicēs. Non te isto
tpe recipiam. s̄ volo vt ad mare transeas. Et p peccato tuo tri-
bus annis in hospitali infirmāibus seruias. si tūc reuersus fu-
eris nullā a me paciariis repulsam. Istū cū laborē et periculū
maris atqz itineris pro penitētia sibi dedit. Fecit ille criminō-
sus p̄sbyter qz abbas iusserat. et post tres annos reuersus sacr^o
est pbatus monachus. Ex his igit dictis patet qz ad sacerdotē
qui debet esse iudex aliorū requirit perfectio scientie et multo
plus sanctitas vite vt respectu ipsi⁹ populus gregē dicat et ipse
plebanus pastor omniū christi. Et sicut est magna differētia in-
ter pastorem et oues Sic magna debet esse differētia inter sanc-
titatem ipsius plebani et ipsius populi. Sed heu iam pauci
nostris temporibus sūt viri litterati iudices. et sancti et perfecti
pastores animarū. Sed multilupi rapaces deuorantes eas ac

lucuriantes cum ouibus suis et per quem actum tradunt se et
 suas oues lupis infernalibus Et multi sūt mercenarij qui non
 lucrū animarū sed mercedem tpalis comodi aut lucri aut bo-
 noris querūt. sed caueat qui sic loca pastozū occupant et custo-
 diā gregis minime implent ne dicat illis illud Ezech. iij. Spe-
 culatorē dedi te domui israhel si impio locutus nō fueris vt se
 ab impietate custodiat: et ille perierit sanguinem eius de manu
 tua requiram. Item Regū. ij. Custodi virū hunc qui si lapsus
 fuerit erit anima tua pro anima eius. Deinde dñs per Isa. lvij.
 dicit. Clama ne cesses et quasi tuba exalta vocem tuā et anun-
 tia populo meo scelera eozū: quapropter debent plari et oēs cu-
 rati oues suas eis cōmissas a morte culpe iehenne reservare. et
 a dyabolicorū lupozū incurfibus custodire. iuxta illud Crisost.
 Sacerdos et si ppriam vitam dissipauerit aliorū tñ diligētem
 curam nō habuerit: cū perniciosus iehennifabit. ¶ Isidorus in
 de summo bono ait. Sacerdotes pro iniquitate populoz dā-
 nantur si eos vt ignorātes non erudiunt: aut peccantes nō ar-
 guunt. et Bie. super Ezech. Tot occidimus quot tacētes et ne-
 gligētes ad mortem ire videmus. et Bern. ad Eugeniū papā
 sic ait. De paruis vt de castris et villulis tē. magnā curam ha-
 bent: de magnis vero et de aniabus nullam vel minimā gerūt
 curam. ymmo a multis ex toto relinquunt cura spiritaliū ppter
 que tñ sunt tpalia et ecōtra. Et ideo qz contra doctrinā aposto-
 li prudētes apud nosmetipsos sumus et plus sapiētes qz opor-
 tet. altissimus stultam fecit sapientiā nostrā vt ea vitā amitta-
 mus tpalia qua ea nitimur acquirere et cōseruare. Unde video
 mus beu qz q̄to cura nostra pro tpalibus magis crescit: tanto
 ecclesia in diuitijs magis decrescit. Sic econtra olim qñ erat
 seruens sollicitudo pro spūalibus tunc ecclesie durabant in tpa-
 libus et solenniter utebant priuilegijs et libertatibus. iuxta il-
 lud. Nam omne monasteriū quod spūalibus beneregitur: in
 tpalibus per omnia prosperat vtiqz sitam ardentem et diligētem
 pcuratori: conseruationi et augmentationi spiritaliū insiste-
 remus sicut tēporalibus: ista indubitanter adiacerent dummo-
 do illa primo et principaliter quererent iuxta promissum veri-
 tatis dicentis. Primū querite regnum dei et iusticiam eius et
 bec omnia adiuuentur vobis. Math. vi. Sed quia isto tēpore
 ND iij

moderno primo et precipue regnū dei et iustitia eius nō queri
 tur: et ideo diuitie et glorie non adiunguntur: sed que priori tēpore
 causa deuotōnis adiecta sunt modo auferuntur ppter nimios
 excessus sacerdotum in quibus maxime populus cōmunis et
 laycalis scandalisat. Nonne mi frater esset magnū scandalū in
 tota ciuitate tua q̄ tibi subiecta est quo ad curam fortassis qua
 tuor milia animarū: in qua habitaret quidam laycus mechani
 cus cum vxore legitima: et cum eadem haberet publice concu
 binā vnā cū pueris et eadem genitris. ymmo vere esset enor
 me quid et precipue quādo esset notum et publicum. **M**odo
 mi frater respice in te et inuenies quia tu talis es: cum tū tu sis
 vicarius cristi et tibi dicit. Quodcumq; solueris sup terrā erit
 solutū et in celis. Etiam dicit. Qui vos audit me audit et qui
 vos spernit me spernit. **M**odo in scandalum omnīū subdito
 rum tuorum tuam honestā vxorem videlicet ecclesiam tuā par
 rochiale cū qua merito ex oblatione et voto sacerdotalis di
 gnitatis deberes caste viuere et sancte in edificationē et exem
 plum ouīū tuarum tibi a cristo cōmendatū. **M**odo in oppo
 situm agis tu miser et miserabilis prespiter et retines publice
 vnā meretricem in domo tua cū tuis genitiuis quos ipsa ex te
 genuit: quomō ergo populus tuus potest tuis p̄dicationibus
 adhibere fidem cū viderit te manifeste oppositū facere q̄ tu p̄e
 dicas. Unde cristus populo suo dicere potest. Dum vester ple
 banus sederit in cathedra moysi ymmo sancti petri et mei: que
 vobis dicit facite: s̄m aut opera eius nolite facere quia mala s̄t.
 Est em̄ publicus cōcubiniarius malus et criminosus: et non
 bonum exemplar vobis omnibus. et ideo ipse cū sua meretrice
 descendet cum suo dñō in pfundum inferni si non emendauē
 rit suā vitam. **O** mi frater reuertere reuertere ad dominū deū
 tuum qui te elegit in pastorem ouīū suarum. **O** vnā respice
 res validam tuā tam diligenter a tergo sicut ab ante: et emenda
 tue mentis et non corporis: ad statim reuertere a te et emenda
 res vitam tuā in melius exemplo vnus Canonici parauiens.
¶ Qui fuit tibi similis qui totus erat lubricus et amator mōi
 et mulierū: doctor decretorū maximus et etiam plebanus ma
 gnus in quadam ciuitate. qui cū quadam die solus in camera
 studeret: et ecce in quodam angulo camere vidit pulcherrimā

Ord. nota huius

Et

mulierem ad se venientem ita vt nusq̃ vidisset vel nunq̃ vidisset pulchriorem: quā cum magna admiratione et stupore salutauit et diligēter suscepit. et illa oīa membra anteriora ei ostendit et dixit. Pulchra ne tibi videor. At ille ait. Ymmo pre omnibus mulieribus quas vnq̃ vidi. At illa dixit. Conspice me etiā retro et mox vertit sibi dorsum: et ecce plena fuit vermibus et fetore vt ferre non posset. Et ille quesuit que nam esset. Respondit. Ego sum mūdus et sic fatio scruiētibus mihi: in hoc seculo eis bene fatio et tandē post mortem vermes ipsis mihi strabo et oēm fetorem ac penam infernalē eternaliter. Ex post statim vertebat se iste canonicus ab amore mulierū et toti⁹ criminosi seculi ad deum suū. Unde Aug. D amatores mōi nō est requies vbi queritis beatam vitā in regione mortis. nam qui amat mundum amat traditorē suum. Nam mūdus dyabolo dicit hoc verbū qđ iudas iudeis dixit. Quemcunq; oscularus fuero cū aliqua dignitate aut p̃speritate ipse est quē trado vobis tenete eū et ducite eum caute: ne amittatis eū aliqua molestia aut tribulatiōe: qz vexatio dat intellectū et facit cōuerti ad deū. nam mlt̃r dulciter cōcipit puerū sed cū dolore parit eū: sic tu o mi frater cū dalida dulciter dormis et gaudēter: sed exteros maius gaudiū luctus occupabit. Et qz tibi plura scripsi ex exemplis de doctorib⁹: m̃gr̃is: cāonicis et plebanis: et quicūq; se a via mala et damnosa vertit apud deū gratiā mox inuenit: sed qui in malicia sua vsq; in finē suū pseuerauerit penā durissimā et eternā accipiet. Elige ergo fm tuā voluntatē qđcunq; volueris: aut cū tua dalida pseuerantiā et inuenies penā durissimā aut vire emendatōez et recipies diuinā et eternā consolationem.

Differentia inter sacerdotiū

noui et veteris testamenti.

Capitulum. xliij.

St quedam differentia inter sacerdotiū noui et veteris testamenti. Nam sacerdotiū leuiticum non dicebatur regale. Unde in veteri testamento regnū erat quasi per se substantiū: sacerdotiū quasi adiacens. i. adiectiū. In nouo autē testamēto sacerdotiū ponit econtrario substantiue et regnū adiectiue: hoc est dicere. Regnū in veteri testamēto erat dignius et eminentius q̃ sacerdotiū. Unde omēs sacerdotes